

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Clementissimis Auspicus Fridericianis De Emphasi  
Sacrarum Vocab, Ex veteri Hist. Hebr. repetenda, publice  
cum aliis colloqventur**

Ad diem XII. Maji A. a partu Virginis MDCCIII. In Auditorio Theologorum

**Dassovius, Theodor Dassovius, Theodor**

**Kiloni[i], 1714**

**VD18 90523733**

Comma IV. Rom. 8. v. 23.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10336**

*Libr. Sipbra Parte. 1. edit. Ven. in fol. f. 45. & 46.* Voluisse etiam simul promittere sacrificia purissima si-  
ve purissimas gratiarum actiones, qvia sacrificia de  
juvencis sumpta debebant esse purissima. Neque  
enim tolerabatur bestia, qvæ cum alterius speciei  
bestia consueverat, nec qvæ ad dololatriam adhibita  
fuerat, nec qvæ esset lacerata, & hinc immunda.  
*Vid. libr. cit. loc. cit.* Huc etiam alludit *Aben Esra*, qui  
in h.l. commentatur, juvencorum fieri mentionem,  
ut indi entur victimæ majores & præstantiores cum  
qvibus comparantur gratiarum actiones præstan-  
tissimæ & insigne.

## COMMA IV.

*Rom. 8. v. 23.*

**Sed & nos ipsi primitias spiritus  
habentes suspiramus, adoptio-  
nem filiorum exspectantes, &  
redemptionem corporis nostri.**

s. I.

**V**Ocantur dona Spiritus. s. qvæ in hac, vita ha-  
bemus primitiæ sive prægustus illorum do-  
norum, qvæ in vita æterna capiemus. Primi-  
tiæ enim erant prægustus futuræ messis. Sicut  
autem primitiæ dabantur de rebus præstantissimis,  
unde patres familias signabant primitias in agro  
junceis funiculis, fidem faciente *Bartenora in Mi-*  
*schmanns Biccurim c. 2. §. 4. & imprimis §. 19.* prout  
etiam



etiam signabant eas in arboribus juxa Piske Tosephoth subnexa titulo Bava Bathranum. 218. ita qvoqve dona Spiritus S. sunt præstantissima & pluris facienda, qvam omnia mundi dona. Sicut etiam primitiæ dabantur tantum de a' iqvibus rebus v. g. de tritico, hordeo, uvis, sicubus, pomogranatis, olivis, & dactylis ut docet Majmon. T. 3. in libro Biccurim c. 2. §. 2. ita qvoqve dona Spiritus S. aliquva tantum nancisci mur in hac vita. Et sicut cum primitiæ darentur, fructus nondum ad decimandi tempus pervenerant juxta Majmoniden T. 3. in libro Maasar c. 2. §. 6. ita cum dona Spiritus S. nobis in hac vita dantur, aliud adhuc exspectandum tempus est, qvo in plenam illorum possessionem admittamur. Præterea sicuti primitiæ columba ornabantur ceu docetur in Talm. Hierosolimit. titulo Taanith: edit. Cracov. Part. 2. fol. 68. col. 2. in f. ita etiam dona spiritualia ornantur a Spiritu S. tanquam columba suavissima, qva se in jordane specie manifestavit.

## §. II.

Notanter autem dicit Apostolus, qvod nos habentes primitias Spiritus suspiremus. Nam si primitiæ offerebantur, suspirabant Iudei ad plenam messem, ut novas fruges novosqve fructus eo mederent. Hinc scribit Majmonides, si manipulus paschalis, tanquam primitiæ hordeaceæ, & duo panes pentecostales, tanquam primitiæ triticeæ oblata essent, tunc demum licuisse edere novas fruges. Videatur T. 3. in Temidin umus apb in c. 7. §. 17. seqq. unde appetit suspirasse ad messem iudeos cum primitiæ oblatæ essent.

H 3



essent. Perinde etiam nos qui dona spiritualia in  
hac vita accepimus, suspiramus ad plenam posses-  
sionem.

## §. III.

Duas præterea res memorat Apostolus ad  
qvas suspiramus, nempe ad adoptionem filiorum  
& redemptionem corporis nostri. De utroque  
gaudebant iudæi in primitiarum allatione. Nam  
gaudebant se esse in filios adoptatos, qvia cum pri-  
mitias deferrent Hierosolymam, recitabant Deute-  
ron. 26. versiculum 5. ad 10. inclus. ubi versiculo 7.  
fatebantur se esse filios Dei, qvia clamarant ad De-  
um Patrum suorum, & v. 9. & 10. fatebantur se  
tanquam filios in hæreditatem terræ Canaanæ mi-  
los esse abundantis lacte & melle, de qva terra hæ-  
reditaria offerant primitias. Deinde in allatione  
primitiarum gloriabantur v. 5. 6. & 8. loc. cit. de re-  
demptione ex servitute Ægyptiaca, qvod ex duris-  
simis servitiis, & summis miseriis manu fortiter-  
rōreqvē summo essent a Deo liberati. Nam hanc  
sacri codicis pericopen fuile recitatam in lingua  
sancta cum primitiæ solenni ritu publice ad urbem  
sanctissimam deferrentur, affirmat Majmon. T. 3. in  
titulo de primitiis c. 3. §. 10. Quemadmodum igi-  
tur iudæi cum deferrent primitias, de filiatione, &  
liberatione ex servitute gloriabantur, ita dicit Apo-  
stolus, nos qui primitias Spiritus habemus, posse  
gloriaride manifestatione filiationis futura, & de fu-  
tura liberatione nostrorum corporum ex servitute  
pecca-



peccati, qvæ primitias Spiritus certissime seqvantur,  
sicut hac primitias judaicas antecedebant.

## COMMA. V.

*Galat. 4. v. 6.*

### Abba Pater.

§. I.

**Q**ui adixerat Apostolus Galatas esse Dei filios, hinc dicit quod per Spiritum S. inhabitantem Deum vocare possint Abba. Non dicit Abh sed Abba. Nam nomen Abba magis estimabatur, & majoris indicium amoris erat, quam nomen Abh, siquidem servi & ancillæ dominos suos non audebant vocare Abba, licet vocare eos possent Abh, ut testatur Majmon. Operum T. 4. edit. minor Venet. tit. de hereditatis. c. 4. §. 5. ubi addit rationem propterea non vocasse dominos suos Abba, ne res esset offendiculo. Quid si autem servi essent botæ notæ, ut apud omnes illorū fama percrebuisse, tunc etiam hoc nomine Dominos potuisse appellare, quia hac ratione amabantur a Dominis, & habebantur optimo loco ad instar filiorum.

§. II.

Nomen Abba *Diedius in Epistolam ad Rom. c. 8. v. 5.* scribit denotare Patrem meum, sed licet interdum adhibetur loco Hebrææ vocis אב tamen etiam adhibetur loco Hebrææ vocis אבא sine suffixo scriptæ. Videatur *Elia Levite Metburgeman edit. Isnensis in fol. f. 1. p. 1.* ubi exempla allegantur. Sed Abba esse ejus-

